

MAGNIFICO ET NOBILIVIRO DOMINO VVI=

GVLEO HVNDIO A CALTENBERGIN SVLZEMOS: I. V. DOCTORI

Illustriſſimi Potentiſſimiq; Principis utriuſq; Bauariæ Ducis &c. Cancellario Landsbutano. Domino & Patrono ſuo
Colendo. Martinus Gruber. S. P. D.



Vm iam ante annos nō ita multos, Magnifice Vir, nullo quidem meo merito, ſed tua ipſius humanitate, uel pietate potius erga omnes ſtudioſorum honeſtorum ſectatores, in notitiam tuam irrepſiſſem, multa ſane reperi quæ omnem meam, licet ſummam & honeſtiſſimam expectationem ſuperabant. Prudenciam autem tuam, fidem, dextericatem & induſtriam in rebus maximis perſurgendis, ſummam Eruditionem, longa cum rerum experientia, nobiliq; & claro maiorum ſplendore cōiunctam lubens iam prætereo, ut quæ omnia aliaq; maiora, cum per ſe, tum etiam publica tua merita omnibus ſatis teſtata ſunt. Te enim uniuerſitas noſtra ueterem Profeſſorem grata agnoſcit, Iuris ſtudioſi Præceptorem & patronum ſalutant, Ampliſſima, Illuſtriſſimi Principis noſtri Gulielmi, pie deſuncti, aula per multos annos Conſiliarium obtinuit, uenerādum imperialis Iudicij Collegium, Adſeſſorem digniſſimum admiratur. Vnde te ruruſ reuocauit Potentiſſimus Princeps noſter Albertus &c. Vt ſacris ſcrinijs præſectus Landſbutæ eſſes. In alijs autem non minus hercule tua humanitas uel ſumma potius prudentia, non iucunda ſolum ſed etiam admirabilis uifa eſt. Namq; honeſta & præclara ſtudia ita amas, colis & promoues ut non minimam cogitationum tuarum paulo liberiorum partem eis impendas te nuioreſ eorum cultoreſ, iuuas, ſoues, & in tuam clientelam recipis, imo etiam non raro officio & fido patrociniū nonnullos antecueriſ, nimirum prudenter tecum reputans, nos non nobis ſolum naſci Quibus omnibus alijsq; quamplurimis uirtutibus & uere eximij & nobiliſ animi dotibus inflammatuſ, quas priuſ quidem partim ex celebri fama, partim ex prædicatione laudatiſſimorum hominum cognoui, iam uero re ipſa non ſine commodo expertuſ, ſæpiuſ mecum ſolicite cogitabam, qua tandem uel per exigua (ut omnia noſtra ſunt) ſignificatione, certōq; obſeruantia & gratitudinis noſtræ pigore, animum meum tui & amantiſſimum & ſtudioſiſſimum declararem, ſed quandoquidem eiuſmodi quid tenuitas noſtra non uidetur præſtitura, in aliud tempuſ commodiuſ hoc reiſcio. Iam uero poſtea q̄ egreſſuſ ſum ſcholam, obſeruandiſſimi optimeq; de nobis omnibus meriti Præceptoreſ noſtri Doctoreſ incliti hortantur, & præcipue Clariffimi uiri Doctoreſ Nicolauſ Euerharduſ Phriſiuſ & Doctor Volfganguſ Hunger Cancellariuſ iam Friſingeniſ Domini Adſineſ & Præceptoreſ quoq; obſeruandi, quaſi ſuo iure aciuſ urgent, tanq̄ optimi huiuſ rei cenſoreſ & Moderatoreſ, ne ſcholam relinquam, niſi aliquo ſcholatiſtico Actu, diſputationiſ uidelicet, priuſ legitime exhibito. Hac autem in re non tam mei quam ipſorum quoq; rationem, (ne dum ego inaniſ aucupate gloriæ ſuſpitionem extimeſco, & tenuitateſ noſtræ conſcius publicum ſugro, ipſorum quoq; fidem & piam inſtitutioniſ diligentiam una mecum ſupine cuiuſdam negligentiaſ reas faciam) habendam duxi.

Horum itaq; auctoritate uictuſ aliquot concluſioneſ Iuriſ conſcripſi, in publicæ diſputationiſ & exercitiij ſcholatiſtiſ uſum, noſtræq; militiæ uel Tyrocinij potiuſ rudimenta Quæ quidē Clariffime uir tuo auſpitiū et nomine præfixo (ut recepti apud noſ moriſ & conſuetudiniſ eſt) prælo committere uoluſ, non quidem quod hac mea tenuitate tuiſ in me magniſ officiijſ ſatiſfacere præſumam, ſed quandoquidem te dignaſ deficiunt, interim ex hiſ leuioribuſ conijcereſ animum nequaquam deeſſe mihi in referenda gratia parum officiij ſui memorem, licet in maioribuſ facultateſ deſtituar. Quare etiam atq; etiam per ſacra ſtudia & perpetuam communemq; ipſarum literarum humanitateſ rogo, ut & hæc noſtra tibi inſcripta boni æquiq; faciāſ, & inſtitutuſ tuū pium & uiro magno & prudente dignū in me multiſq; alijs iuuandis & promouendis, honeſtiſq; diſciplinis colendis conſpicuum, benigne proſequi pergaſ. Quā rem tibi ipſa rei honeſtateſ eiſq; pulcherrimuſ uſuſ commendabit, multorumq; beneficio deuinctorum gratitudo & perpetua uirtutiſ memoria cum dulciſſima commemoratione debebitur. Vale, Ingolſtadij, Anno Salutis noſtræ. M. D. LII. IIII. Non, Mart.



DIVINO ANNVENTE AVXILIO ET CVM CONSENSU IN.

clitæ facultatiſ Iuridicæ ſub patrociniū Clariffimi I. V. Doctoriſ
Ioanniſ Baptiſtæ Veber, Martinuſ Gruber inſcriptaſ
Concluſioneſ pro uiribuſ ſuſtinere conabitur.

Ex L. penul: C. qui teſta: facere poſſunt.

CONCLUſIO. I.

Filiuſ in poteſtate patriſ conſtitutuſ poteſt facere Teſtamentuſ nō ſolum in boniſ caſtrenſibuſ & quaſi caſtrenſibuſ ſed etiam in aduentitijs ijs in quibuſ patri non acquiritur uſuſfructuſ.

II.

Nec obſtare poterit huic concluſioni caſuſ per Imperatoreſ Iuſtinianuſ in L. penul. C. qui teſta. facere poſſunt, de ciſuſ.

III.

Facile tamen etiam contrariaſ communis Doctorum ſententiæ ingenij exercendi gratia defendi poteſt. ſcilicet. Quod filiſ ſa. de quo in primo dubio, non poſſit teſtari &c.

IIII.

Cum ad d. L. penul. non ſatiſ hæcenus fuerit per aliquem reſpoſuſum.

Ex L. hac conſultiffima. §. ex imperfecto C. de Teſtamentis.

V.

Sicut parenteſ poſſunt etiam omiſſiſ legalibuſ ſolemnitateſ inter liberoſ Teſtamenta ordinare, ita & uerſa uice parenteſ ex minus ſolemni Teſtamento liberoſ poterunt hæreditateſ petere.

VI.

Quamuiſ non leuibuſ argumentiſ & rationibuſ moti uideantur qui uoluerunt hoc beneficium ſoliſ parētibuſ conſeſſuſ ut diſpoſitio eorum etiam minus ſolemnis mereatur executionem.

Ex L. naturaliter. §. nihil commune. ff. acqui. poſſ.

VII.

Renuncianteſ petitorio iudicio non per hoc Dominium in aduerſariuſ tranſtulſſe cenſetur.

VIII.

Quamuiſ nec eorum opinio qui contrarium ueriuſ dicunt ratione carere uideatur.

IX.

Etenim ad L. ſi profundo C. de tranſactionibuſ in quo tanq̄ firmo argumento communis fundatur ſententiæ facile reſponderi, ac commode declarari, poteſt.

Diſputabitur die

& hora

aliā

publicandiſ.

MAGNIFICO ET NOBILISSIMO VIRO DOMINO VV...

GALEO HINDIO A CALTENBERGII S. I. N. DOCTORI
Illustrissimi Potentissimi Principis illustrissimi Ducis &
Colendo Martini...

DIVINO ANNIVENTE

XXIIIO ET GMM. CONSENSU IN
clite facultate iuridice sub patronio Classis I. N. Doctoris
Leonus Baptista N. abbat. Martinus Gubertus...

Ex L. perul. C. paritela. facere possunt

CONCLUSIO I.

Illud in presentibus patris consensu potest fieri Testamento in bono casu...

III. Nec obstat peritruic conclusio...

IV. Ex hoc non tenentur committi...

V. Ex hoc non tenentur committi...

Ex L. hac conclusio...

VI. Item obstat peritruic conclusio...

VII. Ex hoc non tenentur committi...

Ex L. natura...

VIII. Item obstat peritruic conclusio...

IX. Item obstat peritruic conclusio...

X. Item obstat peritruic conclusio...

Vertical column of text on the right page, likely a commentary or continuation of the legal text.



Small handwritten mark or signature at the bottom of the right page.